

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Lexicon Graecolatinvm Novvm**

**Scapula, Johannes  
Zwinger, Jacob**

**Basileae, 1628**

Gemini theodori: alterius qvidem paschalis galli viri clariss. philos

[urn:nbn:de:bsz:31-107465](#)



Latis Studiorum initis

GEMINI THEODORI: ALTERIUS QVIDEM  
PASCHALIS GALLI VIRI CLARISS. PHILOS.  
& Medici Pictaviensis:

Alterius vero

Proprij FILII, benē comprecatus

JACOBVS ZVINGERVS,

PASCHALI suo iudiciorate dicens.



E appello, Clarissime Vir, cūm FILIO: nostros debebam. Sed quando illi, in modi-  
rem bene natorum, à nostro pendent ore, quod Meo occino, id tu, me interpre-  
te, Tuo. Ait Philosophus, καὶ μέτεπερ τοῦ ζωῆς ζωεῖ. Quid ergo mirum, si  
præclara hac nota à bestiis distet in ipsa quoque infancia puer, eius lingua à  
sollicitis mattibus formari, vt articulatim, distincteque vocem edat? Id verò et  
iam in Literaturam curriculo vñu venit. Ut retum omnium postlimini remini-  
catur, quz Platonis non sperranda sententia est, ductore opus habet, cuius mo-  
nitis rectam viam ingrediatur. At solis nutibus nequicquam id hiet, ni sermonis  
præcepta, singula obseruanda indigetarint. Iam quia Græcorum iactis funda-  
mentis, quicquid humanæ est vel diuina scientia, iure debetur: illorum certè sermonis cognitio tam  
necessaria est, vt qui alias loquela defecit non Homo putari queat. Græci sermonis inscritia, non Sciens  
habendus sit. Id non resciuit decus literatæ tuæ Gallia. Gulielmus Budæus. Actæ grandior Græcas di-  
citat literas: & quod commendat stupendum ingenium hominis, quantumvis ἡγεμόνες, in Græciam  
viam, vel ἀστεριδας inuenit: maximoque bono τὸν ἀριστερὸν, inoffensam eam & facilem patefecit.  
Scili cet is Censorij Catonis exemplum securus est, qui senex Græcè didicisse, à Plutarcho traditur. At  
ipsa iam Græca lingua copia verborum diffinit, quam componendorum festinatisa restinguunt. vt pro  
concisa, minimeque redundante habeatur. Est tamen præter ambigua vocum significata, tam varia dia-  
lectorum idiotismis, vt nisi hac parte discentium infirmitas subleuetur, nimio satius difficilem impedi-  
tamque se obiiciat. Heic ergo mihi, vel opera duntaxat subeisima, desudandum existimau, & uno quasi  
obtutu, quz notanda varietas esset, non magis exacta, quam cuius obvia methodo, regulis & canoni-  
bus fere perpetuis, edocendum. Non fui subueritus, eandem proprietatem, diuersis id locis poscitibus,  
identidem ingeminare. Communis quidem regula, ad plura se extendens, compendio seruit: sed dimi-  
nuta obscuritas est, quam secum vehit, vñsumque præceptorum & impeditum & inutilem discentibus  
redit. Quod si iam opera curæque precium est, quod feci, quibus id verius, quam Nostris fecisse vide-  
bitur. Nostris, inquam, ea in actate constitutis, qua similes variegatis Psittacis, maturi iudicij penitus, La-  
tini, Græci, Hebraici sermonis oblectamento comp̄fent: eo libertiis subinde ad RERVM notitiam, cu-  
jus ambitu vite humanæ beatitas inclusa est, prouchedi. Memor sum nostræ iuuentutis, quam magnam  
partem in Italia egimus. Ibi tum, Venetiis in primis, occasionem quotidiani coniuctus Græcorum solli-  
cite petebamus: nimirum cupiti sermonis vñsum sine maiore labore facilem, nobis comparaturi. Sed  
nulla fuit, quod omnes barbaræ, non Græcè loquerentur: vel si fuit, peregrinis nobis minus secura, tutu-  
re putabatur. Viximus interea vita, studiisque vñanimes. Ego candore tuo delectatus, vnicè gaudebam,  
ingenuitatè meam ita probati tibi, vt voluntas vtriusque communis esset, quodque vellet alter, alter nō  
nolle. Italiam vniuerſam perambulauimus, plantarum sarcinas, que tum istius philosophematis nostra  
cupido erat, humeris gestauimus, queque literariz peregrinations prima est utilitas, doctos, quos li-  
cuit, Antonium Musam Ferraniæ Mercuriale, Aldroandum, Tagliacotium, Costatum Bononiæ Ar-  
dream Baccium Roinæ: Portam Neapoli, viros ad inuidiam præclaros omnes: binos item solertes Phar-  
macopeos, Ferdinandum Imperatum Neapoli, Ioannem Ponam Verona, qui rerum naturalium accu-  
rata notitia in omnium ore versabantur, nobis conciliauimus. Adiuti nimirum virtute & doctrina verè  
illustris lo. Vincentii Pinelli, bonorum omnium comitunis amici, tum Herculis Saxonie, medici & phi-  
losophi perelegantis, amborum Pataul Antenoris viuentium. Ita peregrinati sumus. Quod eo libertiis  
hoc occasione publicè profiteor, qua nostram problem ad mutui amoris fraternum adf. tum, paten-  
tia adolescentia exemplo, corundemque studiorum communitate inuitandam duxi. Ut ergo tu mecum  
quantumvis absens iugiter es: sic hoc literariæ amicitie communī nexu Theodoros quoq; noſtris de-  
vincio: vt vbi vbi fuerint, memores dicti Homerici:

Ἐπειδὴ δὲ ἀνθράποιον πάχειαν οὐ, parentam vestigiis innutriti, discang se mutuo amare. Vt ergo  
Theodori Zwingri, quem nemo non magni inter mortales estimauit vñquam, fert nomen. Vana n. v-  
tinam, quod tuum pariter votum est omni nomine. & Deo seruire & proximo prodesse. οὐ πεπεισθείσης  
ex animo coecur vterque. Qua bona spe iam finem factus, tibi M. cum ita commendo, vt mihi  
Tuus perpetuū alterius filii loco futurus sit. Optime vale. Basileæ 16. Novemb. 1605.

D 1 -